

Ab mihi ne sterili frondescat in arbore ramus,  
Infelix nec balet Ouis, nec bucula segnem  
Aetatem terat, atq; ignaua per oecia uiuat,  
Reddite mortales uos uobis, reddite uobis  
Aeternum quod mente sua Deus insinuauit  
Uiuat ut in uobis de uobis germinet inde  
In uenientum animas generatim ut sera resurgat  
Posteritas, rumpit mortalia terminus aui  
Omnia, Et obscuris inuoluit mersa tenebris.  
Et vos degeneres animae sine lumine vitam  
Incastrum trahitis, generosaq; claustra fluentis  
Naturae indignante Deo (ne saecla animantium  
Fœtificent, duret ue offœti machina mundi)  
Obstaculis passim obstruitis, non ergo uidetis  
Vipera quam uobis uiuat felicius, Et quam  
Indomita Tygres, atq; immanissima Cate,  
Quae genus omne suum prima uis à stirpe propagat  
Ergo Chaonia sua iura antiqua palumbes  
Continuent, celebrantq; simul cornubia cara  
Murmura per blanda, et lasciuia p oscula nidis